

Serenissime ac Potentissime Rex
Domine Clementissime 421.

N^o 03.

um ad Sacram Regiam Majestatem Vestram, Dominum Nostrum Clemen-
tissimum, Omnes Fideles Subditi tanquam ad Thronum summe Ju-
stitiae in Omnibus necessitatibus humillimè confugiant, ibidemq̄ exau-
diri cupiant; ideo et Ego hac spe fretus, præterito Anno per Illustrem
Comitem de Wicedom, Supplicem Libellum humillime porrigere, inq̄ ee-
devotissimè exponere curavi, quemadmodum Generosa Benigna Eli-
sabetha de Saken, antea Vidua de Grothus, nunc Hahnia, hereditaria
Domina de Postenden, ob debitum liquidum (pro quo et alijs ejusdem Pre-
ditoribus satisfacere appromiseram.) prædium dictum Abanshoff, quod
in Parochia Tucumensi situm, atq̄ eidem, ob defectum paratae pecuniae
tempore belli atq̄ pestis, à piè defuncto Celsissimo Duce Livoniae, Curlandiae
et Semigalliae, Friderico Casimiro, ad dies vitae oppignoratam, atque a
S. Regia Majestate Anno 1698. confirmatum, in me transtulit, cumq̄
omnibus Juribus suis cessit. Haec pecunia quemadmodum in primo sup-
plicato annexa excerpta docent, ad Satisfaciendum Celsissimo Principi
Livoniae Ferdinando, Duci Curlandiae et Semigalliae impensa sicq̄ debi-
tum feudale, facta est. Quoniam vero Celsissimus Princeps tum temporis
in Terris suis absens fuit, et hucusque S. Regiae Majestati atq̄ Incluytae
Reipublicae Poloniae, homagio non præstito, adhuc de Principatu hoc inve-
stitus non est, ideo S. Regiam Majestatem (cui Supremum in his Principati-
bus competit dominium) in memorato Supplici Libello devotissime flagita-
vi, ut dignetur, vi Supremi Domini in factam a memorata Hahnia mihi
translationem consentire, eamq̄ approbare, id quod etiam S. Regiae Meje-
stas per Rescriptum, sub dato Reussen die 18 Augusti Anni sup. pro-
mulgatam, ambobusq̄ sigillis Regni confirmatum ~~ad~~ mihi clemen-
tissime

tissime concedere atq; confirmare voluit. Simulac illud recepi, statim Celsis-
 simo Principi Nostro ac Domino per Supplex Scriptum, Generosis vero Consiliariis
 hujus Principatus Supremis: quibus vi Legum fundamentalium absente
 Principe solis Administratio competit: et in superfluam melioremq; Notitiam
 Principis famere per vidimatam copiam, notum illud facere, atq; insinua-
 re curavi. Nihilominus tamen ad Mandatum Celsissimi Principis per pro-
 fectum Majorem de Saken: cui precedenti die Rescriptum Regium
 judicialiter tradidi: adhibitis de Principis Gardia triginta Equitibus
 die 30 Novembris, de facto atq; violento modo, reseratis januis atque
 portis, de possessione mea dejectus et absq; ulla Satisfactione debita Su-
 ma expulsus sum. Quantopere vero hoc ipso Jus Regie Majestatis, sup-
 miq; ac directi Dominio offensum, diminutumque sit, praecipue cum glori-
 sissimi Regie Majestatis Vestrae Praedecessores in suppeditata atq; praeser-
 pta Anno 1618 per ordinatos ad hunc finem Commissarios Principatibus
 hujusce Regiminis formula S. 20. Tibi ipsis adjudicationem omnium
 inter Serenissimos Duces atq; Nobilitatem obvenientium litium, tanquam
 signum Supremi Domini expresse reservaverint, Ipsa S. Regia Majestas
 Vestra Clementissimè perpendere consultissimèq; in hoc animadvertere digni-
 bitur. Id vero quod sequitur non solum Me sed et multos Incolas summe
 perire aggravat, idq; contra Nostros, a tot gloriosissima Memoria Regibus, im-
 Anno 1698 a S. Regia Majestate Vestra clementissimè confirmata sunt
 pacta, Libertates, ac immunitates; quod nempe Celsissimus Princeps in om-
 nibus casibus, in quibus sese Nobilitati per pacta obligavit, tam actor quam
 defensor esse velit, eoque ipso S. Regie Majestatis Vestrae Summae auctoritati, scilicet
 Ipsi adjudicatione horum omnium unice competat, summo cum praedicti
 derogare intendat. Hoc tantum nuperrimè contigit, cum Celsissimus Prin-
 ceps Sylvarum Inspectori Districtus Skendorffensis, mandatum dedit
 ut mihi ex Sylva, quam B. Pater meus, ad usum Bonorum meorum heredi-
 tatariorum Lestensium, a patre memoria Duce Jacobo hujus Celsissimi
 Ducis Ferdinandi Avo, pro 10000 florenorum in specie comparavit, et
 gesq; gloriosissima memoria Michael et Joannes III confirmaverunt
 approbaruntq; nulla ligna concederet, meq; in Pure Meo turbaret: Imo ut

Nobis omnia media defensionis adimantur, dedit *Prisimus Princeps* Mandatum Omnibus hujus loci Advocatis, ut sub gravi pena, anuisioneq Officij nemini in causa aliqua interesse ejus tangente, inserviant, quo ipso Jus atque justitia conculcatur, Leges atq Privilegia dirinuuntur, imo aliquo sub Imperio dispositivo insolitum et injustum, multo magis in Regimine Legibus atq conventionibus ligato minus permiffum introducitur. Jam itaq *S. Regia Majestas Vestra* me per datum mihi clementissime Rescriptum atq consensum, in tutelam suam suscepit, usq quod cum memoratis Bonis Abanshoff, in me translatum non approbavit solum, sed et in cessionem istam plenissime consensit, ideo ad Plantas Majestatis Vestre humillime prostratus supplico, ut me hac Regia clementia amplius frui permittat, et ratione memorati juris lignandi, Manu ac sigillo Majestatis Vestre, imo consensu Gloriosissimorum Regum Predecessorum Majestatis Vestre, confirmati, defendere, eoque Autoritatem Regia Majestatis Vestre tueri, simul etiam Officiali in his Ferris consistenti atq Exercitui Prefecto Mandata dare dignetur, ut me ad exemplum Generosi de Manteuffel dicti Szoege de Birsegallen, quem *Prisimus Princeps* itidem de Possessione sua defacto dejecerat, restituat atq in possessione ablatorum mihi per vim armatam Bonorum, manuteneat. Similiter dignetur *S. Regia Majestas Vestra* vigore Regalis sue Autoritatis, *Prisimo Principi Nostro* per Rescriptum serio injungere, ut ab omnibus ulterioribus Violentijs, qua Dignitati *S. R. Mts* summe prejudiciorse sunt, Nosq Subditos contra Jus et justitiam summo perere aggravant, sub pena insigni atq Actione Fiscali per Instigatorem Regni abstineat. Hujus Regalis clementie atq Justitie Administrationis compensationem, non solum Mea sed multorum hic in Ferris summe afflictorum Subditorum lachryma, continuiq gemitus a Deo *J. O. M.* tanquam summo Judice (qui Deus est Pacis atq justitie) indefesse exorabunt, supplicabuntq ut Thronum *S. Regia Majestatis Vestre* in eternum confirmare, Armis ejusdem benedicere, omniaq consilia in satisfactionem *S. Regia Majestatis Vestre* et utilitatem Regni felici Successu benignissime

Humillime prostratus supplico
Carolus Fredericus

donare velit, quod non solum ex toto corde devotissimaq; mente apprecior,
sed etiam vitam sanguinem et omnia Bona pro Sacra Regia Maj
estate vestra consecraturus, maneo.

Serenissime atque Potentissime Rex
Domine Clementissime
Regia Majestatis Vestrae

Humillimus ac Devotissimus
Sicilis.

Carolus Fredericus Ferrus

Esten d. 20.bris
1714.